



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 3. Virgilij versus, in quo Ciceronem imitatus videri potest.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

*ἀμύσους*, vt negent, satis lepidè dici posse Noctem siderum matrem: ideoque ad illam vulgatam scripturam defendendam inepta quædam de Martis fidere comminiscantur: visum est testari, primùm in libro veteri qui penes me est, *Marris*, non *Martis*, legi: deinde etiam locutum Euripidem; ac Noctem siderum nutricem vocasse. ita enim apud eum Electra loquitur:

Ω νύξ μέλαινα, χρυσεῶν ἀστρον τροφέ. id est;

*Nox aureorum furua nutrix siderum.*

sed & alia, quæ idem confirmarent, afferre quamlibet multa possem: nisi hoc satis superque fore arbitraretur.

*Virgilij versus, in quo Ciceronem imitatus videri potest.*

## CAPVT III.

**M**ULTA sumpsisse Virgilium non à poëtis modo, qui ante ipsum fuerant, verum etiam ab illis qui soluta oratione scripserant, notum est. quare facile crediderim, versum illum è secundo *Æneidos*,

*Quanquam animus meminisse horret, luctuq; refugit,* è Cicerone imitatum esse. ita enim ille Oratione xxxviii in Antonium scripserat: *Refugit animus P. C. eaq; imitatur dicere, qua L. Antonius in Parmensium liberis coniugibus effecerit.*

*Platonis in Hippiâ maiore emendatus locus.*

## CAPVT IIIII.

**A**PUD Platonem in Hippiâ maiore, cum Sophocles ille de cuius nomine dialogo impositum nomen est, ter iam τὸ γὰρὲν definire conatus esset; neque tamen attulisset quicquam, quod non Socrates falsum & absurdum esse docuisset: ita denique loquens indicitur. ponam autem verba Platonis, ita vt vulgò leguntur: deinde Marfilij interpretationem subtexantur.